

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Schmidt Johann Carl Baltz

**Compendiaria Delineatio Articuli De Vita Aeterna, Quam Aeterno Numine
aspirante**

Argentorati: Spoor, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861073>

Druck Freier  Zugang



A. 4 C 52 b. 6.

80.

245 Fav
46p
141p
17 C.
A. 9.
22 p
96p
64p
Pr. 50p
31 N.
12 p

A. 4 C 52 b. 6.
A. B.
A.
A. C.
A. C.



Fa. 1092 (80)

In Tomo hoc XXXVII. sunt

1. Io. Schmid de Peccato. ad i. S. III, 4.
2. — De libro Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. I, 19²⁰. 21.
4. D. Damhaueri Aethica Sancta sui vindicta.
5. Jo. Faust p. tr. de motione divina dicit XVII, 28.
6. D. Georgij Haerlini fascic. Myrrae. Cant. I, 13.
7. Andreas Uvinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eterna.
9. Christiani Thes. ollanipulus Thesis Prachiani sub B.
Sicutemamo propositarū.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudeo Papistorum
Divina de Des Angelis & Homine.
11. Christoph Laur. Cheelührer p. tr. de Chiarimo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiorum.
13. Gabrielis Wedderkopf de Athelmo Ponianon.
14. Michael Focutsch de Seoum naturalium origine.
15. — De ordine Script. prout ea nū. Nat. conc.
mens de s.
16. c. Jo. Fecht de Iudie Controversiū.
16. a. — de Trinitate.
16. v. — De donis Chirurgis.
17. — De generatione Sanguinis.
18. — De Luyatō.
19. — De Communione sub utrūq.
3

20. D^rgo Ficht de Missa.
21. —. Des sacramentis.
21. —. De vocatione Ministeriorum Ecclesie.
22. —. De Cœlibatu eoniam.
23. —. De Peccato.
24. Storbeck de Theologie Praxi:
25. —. Sans postenor.
26. —. de Tentatione Dei.
27. —. De Autoritate N^{ost}r^e Test.
28. —. De Picciate.
29. —. De Devotione.
30. —. De Meditatione Sacra.
31. } —. De Studio verbi divini:
32. } —. —.
33. —. De Sacra divina gratia.
34. —. De Fiducia in Deo.
35. —. De Gaudio Spirituali.
36. —. De Zelo.
37. —. De Christo.
38. —. De Ascensione Christi:
39. —. De Gloriâ Christi cœlesti:
40. —. De Spiritu.
41. } —. De Providentia.
42. }

42. } Hoornbeck de Prædestinationes.
43. }
44. }

44. — . De sabbatso.
45. — . De Ministerii auctoritate.
46. — . De Examinatione Ministeriorum.
47. — . De Corum officio.

48. }
49. }
50. — . De Clericis et clericorum vita.

51. }
52. }
53. — . De Fœdere Ecclesiastico.
54. — . De mundo.
55. — . Ad Matt. xxiii, 37. —
56. — . — . xl, 20. 21. —

57. 50. Cocceji de Divinitate script.
58. } — . de Perfectione script.
59. }
60. } — . de Fœdere gratiae et Verbo NT.
61. }
62. } — . de Logia et Ag est.
63. }
64. — . De Natura & Humilitate Christi:

65. Io. Cocaji de Receneratione et Resipientia.
66. — De Oblatione Christi.
67. Westenij. De unionis Personalis in Christo Forma,
Fine Effectio. eti.
68. — Lutæ Gernerii de Forma Unionis Personalis
in Christo.
69. — De Prometathg Dei.
70. — De Peccato in Sintum.
71. Westenij de Praedest. Bonorum et malorum.
72. Gies et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

COMPLETARIA 1013.
DELINEATIO ARTICULI
De
VITA AETERNA,
Quam
ÆTERNO NUMINE
aspirante,
sub
PRAESIDIO
JOHANN. SCHMIDT,
SS. THEOL. D. P. P. & CONVEN-
tus Ecclesiastici Præsidis , Fautoris
& Patroni sui maximi , Præceptoris
sanctè colendi , submissè vene-
randi ,
In Inclita Argentoratensis Universitate
publicè exponit
M. JOHANNES CAROLUS BALTZ,
Argentinens.
Martij
Die S Mensis Februario, horis locog, consuetis.
ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR.
Anno M. DC. XLIX.

Dr. Faber.

Per illustribus & Generosissimis
DOMINIS
Dn. GEORGIO FRIDERICO,
&
Dn. JOHANNI JACOBO,
Fratribus & Dominis in Rappolstein / Hohenack und Gerolsz/
et am Wassichin / &c. Dominis suis Clementiss. & gratiosiss.

UT ET

Nobilitate Generis, Virtutum Splendore & meritis
Eminentibus,

Dn. LUDOVICO WEZEL à Marslien.
Dn. WILHELMO DASERO, Rupisvillæ urbico } Præfectis ac
Dn. PHILIPPO JACOBOS PENNERO, } Consiliariis
Rationum & tabularum } Rappolst.
Dn. IOH. CHRISTOPHORO STOFFELIO.

NEC NON

Dignitate Reverendis, Doctrina Excellentibus & Clarissimis,
vita probatissimis, humanissimis,

Dn. MICHAELI WALTHERO, Pastori Richovillanæ Ecclesiæ fi-
delissimo & Præsidi Vicinarum Vicario dignissimo.
Dn. M. MARTINO GROSSIO, S. T. apud Argent. }
Diacono.
Dn. JOACHIMO STOLLIO, Illustris familiae Rap- } Vigilantissimis.
polsteinens. Pastori Aulico.
Dn. DAVIDI Ehrentraut, Diac. apud Richovill.
Dn. M. MARCELLO SCHENCKIO, Præceptorii apud Argent.
classico fidelissimo, cognato meo honorando,

Dn. Patronis, Fautoribus, Promotoribus suis iugi
observantie cultu devenerandis,

Has Exercitorum Theologicorum pu-
blicorum primitias

Humillima de vorione, officiosa sub missione
D. D. D.

M. Ioh. Carolus Baltz, Resp.



Compendiaria delineationis articuli

De VITA AETERNA.

Thef. I.

Ita hominis post lapsum tri-^{Vita tri-}
plex est; *Naturæ, Gratia, & Glorie.*^{plex.}
Vita naturæ est, secundum quam Ad-
amus nongentos triginta vixit annos,
Noach⁹ nongentos quinquaginta &c.
Vita gratiae est, qua Paulus conversus,
regeneratus & renovatus vixit *non sibi, nec ipse, sed Christo,*
& *in ipso Christus.* Galat. 2,20. *Vita gloriae* est, quam
vivent omnes electi Dei, fideles Christo, post mortem
temporalem & mundum.

II.

Hanc vocamus *vitam aeternam*, ut à reli-
quis distinguamus, denominatione ab adiuncto factâ.
Vtraque enim ista huius temporis cum mundo fini-
tur: hæc eò pertinet, ubi novum dominabitur se-
culum in æternum non finiendum, ubi & ipsa finem
non sortietur.

III.

Evidem in Scriptura sacra *Vita aeterna non est una.* Nam 1. Vita aeterna vocatur *Dominus & Salva-
tor noster Iesus*, ipse vita Aeterna secundum Divinitatem essentialiter, secundum humanitatem personali-
Terminus
Vita aet-
ne ambi-
guus.

A 2 ter;

ter ; secundum utramque nobis vitæ æternæ causa.
I. Joh. 3, v. 20. Ἐτός ἐσιν ὁ οὐανθίνος θεός Καὶ οὐανθίνος. Hic
est verus ille Deus, & ipsa vita æterna : & I. Johann. 1,
vers. 2. ἀναγέλλομεν υἱὸν τὸν ζωὴν τῶν αἰώνων. Annunciamus
vobis vitam æternam. II. Via vitæ æternæ Joh. 12, 6.
ἡ ἐντολὴ ἀντοῦ (τοῦ πατρὸς) ζωὴν αἰώνιον ἐσιν. Mandatum ipsi-
us (Patris) vita æterna est. ἐντολὴ πατρὸς. Mandatum
Patris Christo datum, i. e. id quod Christus fecit &
prædicavit, ut ipse v. 49. declaravit. Sic Johann. 17,
vers. 3. ἀντὶ δέ ἐσιν η̄ ζωὴν αἰώνιον. Hec vero est vita æterna,
ut cognoscant Te, Pater, qui es solus verus Deus, & quem
misisti, Iesum Christum. III. Pro statu vitaque æ-
ternâ hominibus communicata felicissima, in primis
& frequentissimè. Quomodo & absolutè vox vita u-
surpatur pro vitæ huius seculi felicissimo statu, con-
ditione exoptata. Quem in sensum acclamatum est
in Veteri Testamento Regibus ; Vivat Rex ; & vota
concepta sunt ; Ruben vivat & non moriatur. Ut vi-
detur, indè, quia vita ipsa in se considerata res est no-
bilissima, & præstantissima, quam qui habet, est felicissi-
mus, ad cuius conservationē omnis felicitas conten-
dit, at ad destructionem eius omnis infelicitas nititur.

IV.

Extra Scripturæ quoque stylum, & si rem respici-
amus, Vita æterna Angelorum est & hominum damnato-
rum, qui in æternum infelicitati, miseriæ, pœnæ suæ
super vivunt : quorum tamen vitam scriptura potius
mortem appellat.

V.

Sed nobis hoc loco de vita æternâ hominum sermo
erit, peccatorum post lapsum, & hac quidem non ea,
quæ est tantum duratio perpetua: sed tina felicissi-
mus

mus eorum status, gaudio & gloriâ abundans, vita conditionis suavissimæ non finienda, nunquam terminanda.

VI.

Quæ vita in sacris literis multis insignitur variisque atq; nobilissimis nominibus, quæ docti collegerunt. *Cælum* vocatur à Christo Matth. 5, v. 12. *Tertium cælum* à S. Paulo, 2 Corinth. 12, 2. *cælum cælorum* à Psalte. Psal. 115, v. 16. *cælum novum & terra nova* apud Esaiam cap. 65, 17. c. 66, 22. *Paradyssus* apud Lucam cap. 23, v. 43. à Paulo 2. Cor. 12, 4. *Sinus Abraæ,* Luc. 16, 12. *Domus Patris* Joh. 14, 2. &c.

Vita aeterna diversa nomina.

VII.

Esse *vitam aeternam* paratam hominibus negabant olim omnino Epicuræi, & hodieq; impii eorum castra sequentes. Suadet tamen quodammodo ipsa naturalis cognitio, sed non persuadet. Verùm scriptura sacra solide omnes bonos erudit; omnes erudire conatur.

VIII.

Habet hec in Evangelio in primis promissiones suavissimas Joh. 3, v. 14. 15. 16. οὐαὶ ποιησάσι τὸν ψὺν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τὰς ὁπίσειν εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται ἀλλ' ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Ἐτῶ γαρ ἡγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, δοὺς τὸν ψὺν δυτοῦ τὸν μονογενὲν δῶμαν ἵνα παῖς ὁ πισεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπώληται. ἀλλ' ἔχει ζωὴν αἰώνιον. confer Matth. 5, 3. seqq. cap. 8, 11. c. 25, 46. &c.

IX.

Habet exempla translatorum in cœlum, in vitam aeternam. Translatus est Henoch, & vivens nunquam in terris amplius visus est. Genes. 5. Eliam currus & equi cœlestes transportarunt, nec in terram rediit 2. Reg. 2. Vivus tamen in monte Tabor postea visus est ab Apostolis Matth. 17.

A 3

X. Habet

X.

Habet præcipue Præcursum nostrum Dominum Iesum Christum, viam nobis parantem, Sacerdotem nostrum, qui in sancta cœlestia visibiliter intravit, vita æternæ Dominus coelique possessor constitutus est, ut post se trahat, quotquot hic eum sequuntur. Nam ut resurrectionis nostræ resurrectio Christi fundatum & argumentum est: ita eiusdem in cœlum ingressus vita æternæ nobis causa est, eandemque nobis confirmat.

XI.

Habet piorum exempla, quorum fides beatam hanc æternamque vitam amplectebatur, spes anxiè expectabat. Jobi, qui dicit; scio, quod redemptor meus vivit, & in novissima die de terra surrecturus sum: Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non aliis. Job. cap. 19. vers. 25. David. Psalm. cap. 27, vers. 13. Credo videre bona Domini in terra viventium.

XII.

Habet gravissimas rationes: à bonitate & benignitate Domini Dei nostri, Psal. 84, 12. quoniam Sol & clypeus est Dominus Deus; gratiam & gloriam dat Dominus, non prohibebit bonum ab ambulantibus in integritatibus. A iustitia ejus 2. Thess. 1, 6. & 7. Σίκανον τὰς δερψάντα ποδέντα τοῖς θλιβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβούσιν ἄνεσιν μετ' ἡμῖν ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐπ' οὐρανοῦ: & aliis.

XIII.

Is, qui hanc vitam æternam (formaliter consideratam)

X. A.

tam) & creat, & dat est Deus Triunus, Optimus, Maximus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Quod ex dictis jam constat. sed & Paulus significanter loquitur z. triunus.

Corinth. 5, v. 1. οὐδεμεν, ὅτι εὖν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν ὥστι τούτους
καταλαυδῇ, δικοδομήσαν θεῖον ἔχομεν, στινα, ἀχειροποίητον αὐτοῖς εὐ<sup>Causa effi-
cientis Deus</sup> τοῖς οὐρανοῖς.

XIV.

Extruxit primum hanc ^{cum dicitur} Deus ex mera bonitate suâ: quâ angelos etiam beatos reddidit. Iam vero hominibus peccatoribus insuper eâ donat gratiâ, quâ peccata condonat: quâ de loquitur D. Paulus Tit. 3, 4. & 5. ὅτε ἐπιφάνη ἡ χειρὶστὸς καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, κατὰ τὸν ἀντὸν ἐλεον ἐσώσετεν ἡμᾶς.

XV.

Quæ gratia Dei peccata condonans, non est, quam Photiniani sibi imaginantur, & possibilem Scholasticon multi statuunt, *absoluta*, quæ, nulla interveniente satisfactione peccata remittat, sed qua, satisfactione praestita sufficientissimâ, reconciliari se patitur Deus justissimus. Neque enim homini scriptura peccata condonari dicit gratis, quod nulla praestetur satisfactio, sed quod non praestetur ab homine propria, & quæ ab homine in æternum praestari nequeat.

XVI.

Satisfactio ista causa vita æternæ est meritoria perfectissimè, extrinsecus impulsiva: Et est praestita à Domino nostro Iesu Christo. Nam ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, in satisfactione χάρις καὶ ἀλιτεία διὰ Ἰησοῦ ἐγένετο Ioh. 1, 17. nimirum quia eiusq[ue]a. <sup>Meritoria,
Christi me-
diatoris</sup> εὐτίλυτον se ipsum dedit pro omnibus I. Timoth. 2, 6. propter quod ὁ ἔχων τὸν νόμον, ἔχει τὴν ζωὴν, ὁ μὴ ἔχων τὸν νόμον τοῦ θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκέχει. I. Joh. 5, 12.

XVII. Præ-

XVII.

Præstita est à Domino Iesu, dum pro nobis ~~nos~~
seis nati (tantum obediens tum vita huius humanæ miseriae)
pertulit, tum legi Dei se subjecit, eidemque perfectam
obedientiam præstítit, tum pro nobis varia passus est
usque ad mortem crucis, perfectam & hic Patri suo
obedientiam præstans.

XVIII.

Obedientia activa
Scriptura. Neque enim Piscatori Calviniano credendum
est, Christum tantum obedientia suâ passivam, non autem
activam pro nobis satisfecisse: quasi hanc Deo Patri suo
debuerit ut homo Legi Dei sua naturâ subjectus;
istam verò solam lex nulla requisierit.

XIX.

Scriptura namque sacra nos ita dicit, ut utramque salutis nostræ causam meritoriam credamus. Expressè dicit Paulus Galat. 4, 4. 5. ὅτε δὲ ἡλέτο πλήρωμα τοῦ χρόνου, εἰς απέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν ἀντοῦ γενόμενον εἰς γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμου τούς ὑπὸ νόμου εἰς ξαγοράν, ἵνα τὴν ψυχὴν ἀπολέψῃ. Non licebit hic simplicissimo sermonie am inferre vim, ut τὸν ινατούς ὑπὸ νόμου εἰς ξαγοράν ad remotius potius εἰς απέστειλεν, non verò proprius γενόμενον ὑπὸ νόμου referatur. Non licebit negligere mutuum nervosumque verborum respectum, γενόμενον ὑπὸ νόμου & τούς ὑπὸ νόμου. Non licebit facere otiosa verba ista, γενόμενον ὑπὸ νόμου. Non licebit admittere, ut Paulus eo loco, ubi de hoc, quod ad salutem est necessarium agit, neglexerit, quomodo Christus nos redemerit. Quin imo nisi Christus propter nos subjectus est, neq; redemit nos sanguine suo. Clarè namq; testatur idein Paulus, non redemisse nos sanguine suo, nisi quatenus pro nobis per legem factus fuit maledictio. *Xeris*, inquit, *ημᾶς εἰς ηγόρασεν* εν ταῖς

Kataqas

κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ οὐκανόν κατάρα. Galat. c. 3, v. 13.
Quomodo lex potuit execrari eum pro nobis qui pro nobis sub lege, non erat?

XX-

Præstita est à Domino Iesu *non secundum humānam naturam tantum*; neque etiam *secundum divinam tantum*; sed *secundum utramque*. ἐξαπέγιλε, inquit loco citato Paulus, ὁ θεὸς τὸν νίκην ἀυτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικοῦ. Missum audis Dei Filium Hominem. Quare Filium? ἵνα τὴν νικησίαν ἀπολέψωμεν. Sine Filio Filii fieri non poteramus. Quare hominem? γενόμενον ὑπὸ νόμον. Non poterat quoque Filius legi subjici sine humanitate, ut fieremus filii.

XXI.

Vbi non tantum *Stancarus delirasse* putandus est: sed & *Pontificii repudiandi*, ab ejus sententiâ non alieni, quicquid etiam excusando Bellarminus contranatur Tom. i. de Chr. l. 4. Quid enim proderit, eum, qui passus est, Deum fuisse, si non passio diuinitatis virtute pretiosa redditâ est?

XXII.

Præstita est à Domino Iesu solo: *non Angelis, non Sanctis, & imprimis θεοτόκῳ cooperantibus per opera & merita sua: εἰς γὰρ θεός, εἰς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀρχότων, ἄνθρωπος* In omnibus Christis I. Timoth. cap. 2, vers. 5. *εἰς θεός,* ut solus, ut super omnes. *εἰς καὶ μεσίτης,* ut solus, ut omnium. Et notandum, quod per v. 4. *μεσίτεια* ista est, per quam homo salvatur, & ad cognitionem veritatis venit. Ergo quicquid ad cognitionem veritatis, quicquid ad salutem necessarium est mediationis, unius mediationis est hominis Iesu Christi.

XXIII.

Præstita ita est à solo Domino Iesu, ut *nec nos nostris operibus*

Omnibus
aliis operis-
bus crea-
turarum
exclusis.



operibus, quicquām merendo & satisfaciendo conferamus: quicquid etiam sit, quod præstamus, sive virtibus naturæ & propriis, sive viribus per renovationem donatis ; sive ante conversionem & regenerationem nostram , sive post eam. Paulus est, qui hoc docet Tit. cap. 3, v. 5. οὐκ εἶ ζεγων τῶν ἐν δικαιούντων ἐποίσαμεν ἡμῖν ἀλλὰ κατὰ τὸν ἔλεον ἀυτοῦ ἐσωσεν ἡμᾶς. Vides hic ποίησαντας ἑργά τὰ ἐν δικαιούντων: neque tamen per ista opera salvatus, sed per misericordiam , per Iesum Christum Salvatorem nostrum.

XXIV.

Rejiciendi sunt utroque in punto Pontificii, partem salutis, imò totam salutem operibus Sanctorum & nostris attribuentes.

XXV.

Non obstat, quod vitam æternam μισθὸν dici assentunt bonorum operum. Neque enim hoc ex scripturâ demonstrari potest. Non pertinet huc, quod dicitur Matth. 20, v. 8. καὶ ἀπέδθη ἀυτοῖς τὸν μισθὸν. Posito namque, quod εἰρασία ista sit post conversionem & regenerationem, respiciens bona opera : non definitur tamen merces, quod vita æterna sit; sed nec respicere potest bona opera: quippe quæ una & æqualis datur omnibus.

XXVI.

Merces tamen dicitur bonorum operum *in cœlo*. Matth. 5,12. cap. 10,41, & 42. Non dicitur; inquam. sed operantium dicitur magna in cœlo merces: operantes dicuntur mercedem accepturi, mercedem suā non perdituri. mercedem impropiam , mercedem gratuitam. μισθὸν προφήτου accipit, qui προφῆτης non est: μισθὸν δικαιού, qui ipse ille δικαιος non est. Nimirum benignitas Domini exundat super fideles, ut quod minimo

nimo fratum præstitum est, præstitum acceptetur
ipsi Domino, ut fidelium merces ista superabundet,
Matth c. 25.

XXVII.

Cæterum ista Domini Jesu satisfactio non promiscuè omnibus distribuitur: quanquam ut omnibus distribuiatur, præstata est: sed iis demum applicatur donaturque, qui verâ fide eam amplectuntur, & per eam vitam æternam accipiunt. τὴν χάριτιν, inquit Paulus Ephes. c. 2. ἐσε σεσωμένοι διὰ τῆς πίστεως.

XXVIII.

Quam fidem propterea causam instrumentalem nostræ salutis & vitæ æternæ appellamus, quâ satisfactionem Christi ad salutem nostram non operando, sed recipiendo recipimus: juxta significantissima verba, Johann. cap. 1, vers. 12. ὅτοι δὲ ἔλαβον ἀντὸν, ἔδωκεν ἀντὸν εἰς οὐσίαν τέκνα θεοῦ χειρίσας τοῖς πισένουσιν εἰς τὸ ὄνομα ἀντοῦ.

XXIX.

Bona verò opera ne causa quidem instrumentalis salutis & vitæ æternæ dici possunt aut debent: sed hoc solius fidei officium est. Rectè verò Theologi testimonia veræ fidei esse asserunt, & secundum ea, quatenus talia sunt, fideles præmia sua gratuita accepere.

XXX.

Fides illa, quæ causa instrumentalis est, quæ se testatam facit bonis operibus, in ipso quidem statim conversionis initio vitam æternam apprehendit in Christo Domino nostro: sed & eadem est, quæ tenere debet. Nisi teneat, quod facit, si sit perseverans, vita æterna è manu pigrâ excidit. Vnde seria illa vox est, quæ extat Apocal. 3, vers. II. Ιδοὺ ἔρχομαι ταχὺ. κράτει ὁ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάθῃ τὸν σερπανόντος. q. d. Raptore sunt

B b 2

*Causa
instrumentalis
& media
apprehen-
dendi si-
dem.*

& insidiatores multi, diabolus circumit, & verbum rapit è corde hominum, cum omnibus ipsi annexis bonis: tene fide quod habes, donec venero: veniam autem citò.

XXXI.

Sed ipsam vitam eternam formaliter sic dictam consideremus, omniaque bona eius. Quæ quidem talia sunt, ut nec auris audierit, nec oculus viderit, nec in cor hominis adscenderit, quæ Deus præparavit suis. Præparavit, inquam, suis; tum in regno gratiæ, tum in regno gloriæ. Est incomprehensibilis hic nobis gratia; est incomprehensibilis nobis gloria.

XXXII.

Describuntur tamen ita nobis in Scriptura, ut non omnino nihil cognoscamus, neque vero etiam & quantitatem, & qualitatem comprehendamus. videbimus eum, sicuti est: *οὐ μετὰ αὐτὸν καθάς εἰσιν*, inquit Johannes 1. epist. c. 3, v. 2. Quæ vox quantum complectitur! Sanè vult, nos visuros Deum oculis corporis ita, ut mens perfectissimè cognoscat eum: perfectissimè adhæsuram ipsi mentem, à quo oculi corporis non avertentur.

XXXIII.

Vnde colligere licet, quanta futura sit gloria Animæ: quanta futura sit corporis gloria. Corporis oculi videbunt Deum non hac infirmâ & obtusâ facie: non in hac corruptibilitate (sic namque nemo qui vivit, videre Deum potest.) sed erunt spiritualitatis quadam imagine ornati, qui videbunt purissimum & sublimissimum Spiritum: erunt acutissimi, qui videbunt invisibilem: erunt subtilitate insigni prædicti, qui videbunt subtilissimum: erunt validissimi, qui à tantâ luce non obtundentur.

XXX IV. Nam

XXXIV.

Nam ut oculi, ita totum hominis corpus 'dotibus incorruptibilitatis, immortalitatis, impassibilitatis, subtilitatis, spiritualitatis, agilitatis, claritatis, pulchritudinis &c. erit ornatissimum.

XXXV.

Jam verò animæ, quæ futura gloria, cuius intellectus Deum, sicuti est, cognoscat? Sanè intellectus voluntatem requirit optimam tantoperè illuminatus. Voluntas optima affectus reget potentissimè. Omnes adeoque vires animæ erunt perfectissimæ.

XXXVI.

Verbo vis dici? verbo dicit Paulus 1. Cor. 15,28. Erit ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσι. Nempe omnes erunt vitæ æternæ incolæ (ut sic dicam) divini. divinus intellectus, divina voluntas: divini affectus motusque: divina anima, divinum corpus; hoc est, divinitatis omnia plena, divinitati omnia conformia, omnia congruentia.

XXXVII.

Et huius gloriæ quantitas qui definiri poterit? Indicatur tamen, quod partim dicimus Deo futuri similes 1. Joh. 3,2. partim angelis. Luc. 20,v.36. partim perfecti 1. Corinth. 15.

XXXVIII.

Aberit itaque peccatum: aberit miseria omnis: aberit omnis mors. τότε γενίσται ὁ λύγος ὁ γεγραμένος, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῦν. ποὺς σου δάνετε τὸ κέντρον; ποὺς σου ἔδη τὸν ικνό; τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἀμαρτία.

XXXIX.

Habitur amītamen istam gloriam suos gradus scriptū-Gradus rasatis clare affirmat. Vocat nos ισαγγέλους, Angelis similes. Angeli verò sunt throni, κυρίτητες, ἀρχαὶ, ἑξου-

B 3 gloria

σταυρόμετροι Col. 1, 26. Eph. 1, 21. Itaque beati homines erunt alii, (ut sic loquar,) *ἰστόποντοι*, alii *ἰσαρχοι*, alii *συνάρχοντες*, alii *ἱξουσίαις*, alii *κυριότητοι*, similes. Dicit nos futuros τάρατα ἐπουράνια 1. Cor. 15, v. 40. Ergo erimus ήλιοι, σελήναι, αστέρες. Jam vero ἀλληδόξα ήλιοι, καὶ ἀλληδόξα αστέρες. οὐδὲ διαφέρειν δέξῃ vers. 41.

XL.

Tantis ipsis bonis fruentur beati, non tantum habebunt. Fruentur cum lætitia & gaudio ineffabili, cum glorificatione perpetua & jubilo æterno. Lætabuntur ut bonis ebrii: lætabuntur ut in nuptiis: lætabuntur ut cum patribus filii; assidentes nuptiis agni cum Patriarchis Abrahamo, Isaaco & Jacobo. Canent canticum Patris: canent canticum Agni novum. Lætabuntur sine naufragio: canent sine lassitudine.

XLI.

Æternum, inquam, lætabuntur; glorificabunt perpetim. Æternum sine fine; perpetim sine intermissione. Semper lætitiae & glorificationis causa & materia, Deus, Agnus, vita æterna, consortium; semper lætitia & glorificatio.

XLII.

Memores semper, quis felicitatis sue finis sit. Nimirum, ut Deus & Christus celebretur, divinaque gloria manifestetur omnibus & bonitas: bonis verò benè fit.

XLIII.

Cæterum vita hæc omni tempore hominibus peccatoribus proposita fuit & promissa, & sub veteri & sub Novo Testamento. Propositam fuisse Adamo in integratatis statu, quis sanus negare potest? proposita namque fuit lex divina, quæ dicit viventi de alia vitâ:

Fini.

vitâ: Fac hoc & vives. Ab istius verò vitæ spe per lapsum suum decidit, raptaque ipsi est à diabolo. Audit tamen miser, semen mulieris contriturum caput serpentis. Habes iterum promisionem vitæ æternæ, sed jam omnino gratuitam, Evangelicam. Quid enim recepturus erat Adam, quam pretiosissimum, quod rapuit Diabolus? ne levis sit promissio. Et hic quid rapuit pretiosius, quam vitam æternam.

XLIV.

Hominibus peccatoribus omnibus & singulis sub utroque Testamento proposita est, aut patuit: *Vita æterna utroque Testamento namque sunt æternæ vitæ causæ: Vniversalis Dei gratia; universale Christi meritum, universalis fides.*

XLV.

Nec audiendi sunt Calviniani, qui vitam æternā semper *quibusdam tantum* absoluto decreto Dei destinatam asserunt; nec unquam voluisse Deum omnes per filium suum Jesum Christum salvos. Atqui Deus non vult mortem peccatoris Ezech. 18. & 33. Neq; verò non potest non velle mortem peccatoris nisi per Christum. Siquidem super eum extra Christum ira Deimanet Joh. 3, vers. ult. Et in irâ sua Deus vult mortem peccatoris.

XLVI.

Sed non accipiunt omnes vitam æternam. Sanè non accipiunt. Et propterea culpa est hominum. Quare enim non accipiunt, quod Deus dare vult?

XLVII.

Quotquot verò fide accipiunt: & fide tenent: venit certò tempus, quo fruentur. Non in hac vitâ, nisi per gustum aliquem Hebr. 6,5. sed secundum

dum animam post corporis mortem temporalem,
quando Lazarus in sinum Abrahæ reportatur, ipseq;
Abrahæ sinus gaudio repletus est, & refrigerio perfu-
sus. secundum animam verò & corpus, quando mors
& omnis Deo adversaria potestas abolebitur per Do-
minum nostrum Jesum Christum , qui tradet tum
Regnum Patris suo, hoc est, nos sicut ipsi, in quibus
Pater habitare possit , & in omnibus esse omnia,
in fine mundi.

XLVIII.

Locus

Vnde habitaculum sive tentorium *mundus hic non*
erit, ut Judæi aliiq; ineptè sibi imaginantur. Neq;
etiam cælum fidereum, & quicquid coelestis hujus est
substantiæ. Adeoq; *nec scholasticorum Pontificiorum &*
Calvinianorum cælum empyreum sub cādem sphæra
contentum.

XLIX.

Sed est *domus Patris* , in quâ mansiones multæ
sunt, in quâ ipse habitat. Vbi futuri sumus apud Pa-
trem, Filium & Spiritum sanctum, & cum electis an-
gelis: Christus enim de se ait Iohann. cap. 17, vers. 13.
καὶ πρὸς τοὺς ἔρχομενους πάτερ) & de nobis vers. 24. *πάτερ, οὓς δέδο-
κάσ με, Σέλω ὅπου εἴμι ἐγὼ κακένοι λῦσι μετ' εμοῦ.* Et hæc de
vita æterna.

SOLI DEO GLORIA.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn787861073/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861073/phys_0023)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn787861073/phys_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861073/phys_0025)


DFG




[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn787861073/phys_0026](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861073/phys_0026)

DFG







DE LEGE.

25

n, præter Adulterium & Desertionem, ulla
& sufficiens Divortii legitimi? N. contra

Lex Cœlibatus ulli hominum Ordini jure
contra Pontificios.

n Avaritia in V. T. permissa, in Novo au- De Precepta
flessio simpliciter vetita sit: sic ut in N. T. VIII.

& harum concessionē, austarum legi ac-
ceptum octavum? N. contra Socin.

tianis simpliciter interdictum sit preciosam
amentorum usu ex auro gemmisque? N.

ira quæcunque, citra ullam distinctionem,
us acquirendi modus, simpliciter damnan-
canonist.

lio, quæ inter Christianos vigere debet, tol-
litionem, & bonorum omnium atque fa-
ctionem necessariò inferat? N. contra Anabapt.
interdictum mendaciorum quorumcunque, De Precept. IX.
i quarum censurarum & condemnationum,
in N. T. sancitum, hocque additamento
in perfectius redditum fuerit? N. contra

mendacia jocosa & officiosa, tanquam defle-
tatis, recte annumerentur peccatis? A. con-
itic.

æreticis sit servanda fides, & contrarium af-
Pontificiorum? A. utr. contra Pontif.

Equivocationes, strophæ verborum, & reten-
iat mendacia? A. contra Pontif. & Anabapt.

Moses Concupiscentiam, tantum quoad stu- De Precept. X.
concupitum; Christus insuper, quoad ipsam
n, etiam citra illud studium, damnaverit,
quoad præceptum decimum adauxerit? N.

D